Ol. { è Caryoph.
Costinum.
Raphaninum.
Sinnapinum.
Formicarum.
Piperis.
Nucis mosc.

Quibus miscetur aliquid moschi zibetti.
Trochisci Galliæ moscat.
Pulu. stellionum, & renes, genitalesque particulæ oblinuntur.

Semen extinguentia, siue

Σπερμακαλύπτοντα.

SEmen extinguentia contrariis prædita sunt virtutibus: alia enim seminis impediunt generationem, vel quia testium illius effectorum calorem exsoluunt, vel quia paruam, & prauam materiem suppeditant ad sanguinis generationem, eumque absumunt sensibiliter, aut insensibiliter, atque seminis generationi impropriè aduersantur; alia genitum semen absumunt, exsiccante facultate, siue caliditati, siue frigiditati coniuncta sit, quarum silua immensa est. Alia deniq; licet non absumant, reprimunt tamen, & ad Veneris irritamẽta ineptum reddunt, idque præstant flatus discutiendo semen coactum, & ad motum

inha-

inhabile reddendo, & venefica quadam vi semini contraria, genitorem spiritum, qui eitillationis auctor est, extinguente, vndè seminis venena quodammodo dici possunt. Hinc colligas, semen extinguentium, alia agere manifesta, alia occulta qualitate. Illa sunt alimenta frigida pauci, & parui succi, tum medicamenta vel calida, & strenuè siccantia, vel frigida, humida, siccaue, quorum materia ex proprijs tabulis nota est. Agentium verò occultiori qualitate, aliqua sunt calida, & siccantia, qua ratione flatus discutiunt, semen absumunt, aliqua sunt frigida, atque adeò calorem seminis obruentia.

Semen extinguentia calida.

Agni casti sem.
Sem. Rutę.
Nepeta.
Iuniperi baccæ.
Zingiber.

Frigida.

Citri aciditas, syrup. & conserua.
Intestinorum gallinæ cinis.
Lactuca, & eius sem.
Lac acetosum.
Limonum succus.

Man-

Mandibulæ Lucii piscis.
Nymphæa, & eius conserua, ac oi.
Papaueris albi sem.
Plantaginis sem.
Portulacæ sem.
Salicis fol.

Suppurantia, siue

Πεπάντικα, seu Εκπνισκοντα.

SVppurantia, Barbaris maturantia calorem nostri corporis adiuuare debent, cùm puris generatio media sit actio inter probam concoctionem, & putredinem. Adiuuatur calor natiuus tripliciter, ideoque tres suppurantium ordines statui possunt.

Prima, similitudine temperamenti partis calorem fouent, quæ licèt respectu totius calida, humidaque sint (consistit enim vita in temperato calore, & humido) tamen respectu diuersarum partium aliquam varietatem sortiuntur, cùm partes dissimile temperamentum nactæ sint. Propterea medicamentum suppurans in parte calida aliquanto debet esse calidius, in cute, & carne magis temperatum, in illis quæ frigidæ sunt temperatoriæ, temperatissimum. Atque hæc maximè suppurantia appellantur.

Secundi generis medicamenta caloris in-